



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Oracula viuae vocis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- 13 Sacro oleo nouo deficiente, si aliunde non suppetit, guttatim infundatur oleum non consecratum. Prou. 4.
- 14 Duo vaseula pro singulis olei ad sint quorum alteram, vt dictum est, pro ijs recipiendis. *ibid.*
- 15 Vbi plures Parochi in eadē Ecclesia, ibi plura vasa sint olei infirmorū. *ibid.*
- 16 Inscriptiones fiant hoc modo salte in v. sis. CHR. CATH. INFIR. *ibid.*
- 17 Thecæ vasorum sint ex corio, & intus ornata serico rubro. *ibid.*
- 18 Sacculus addatur, & pro Chrismate albus. *ibid.*
- 19 Pro oleo infirmorum sit violaceus, cum cordulis vt de collo pendens ad ægrotos deferri queat. Prou. 3.
- 20 Asseruentur olea in Ecclesia tantum nisi quibus concesserit Episcopus oleū infirmorum tenere demi ob distantiam domicili. *ibid.*
- 21 Et eo casu domi infenestella locetur panno serico vestita intus, & sub clauē. Prou. 4.
- 22 Clauēs oleorum semper sint apud Rectorē Ecclesiæ, neque clerico committantur. *ibidem.*
- 23 Seruetur in bambacio, quod defertur ad ægrotos. Rituale Roman.

Oracula vine vocis.

- 1 **R**EUOCATA vnt qualiacūque, & qualitercūque concessa. Greg. XV. Anno 1622.
- 2 Exceptis ijs quæ ad supplicationem Regum & quæ ad fauorem Cardinalium, vel pro quibus Cardinales ipsi in scriptis testimonium prebuerit. *ibid.*
- 3 Omnia aboleuit, & cassauit, etiam ad instantiam Regum, & Imperatorum concessa, quibuscūque Generalibus, superioribus, etiam Societatis Iesu secularibus, & Regularibus. Urban. VIII. Anno 1632.*

Oratio publica.

- 1 **N**E fiat hæc oratio coram Sacramento per 40 horas, nisi vbi assidue asservatur Eucharistia, & vbi Episcopus concesserit. Prou. 4.
- 2 In Cathedrali quoties inchoatur Or-

- do fiat cū apparatu maiori, cōcurrente toto Clero, & populo; tūm ad processiones, tūm ad orationē, cū distributione horarū, & sermonibus pluribus. *ibi.*
- 3 Non deferatur hac occasione Eucharistia extra ambitum templi. Prou. 1.
- 4 Cerei minimum sex, ad summum decē: lampades non plures ti decem, nec pauciores tiibus. Episcopus concedere plures cereos potest. Prouinc. 4.
- 5 Per horam antequam in vna Ecclesia terminetur, in altera inchoetur, si continuata est oratio. Prou. 1.
- 6 Romæ biduo durat hæc oratio, ita vt manē inchoetur, & manē finiatur. Instruct. Rom. de Horis 40.
- 7 Catur Missa votiuā de Sacramento, tūm initio, tūm in fine orationis. *ibid.*
- 8 In festo primæ, vel secundæ classis, siue in Dominica privilegiata primæ, vel secundæ classis in Collegiatis, vel duæ Missæ cantentur festiuæ, & votiuæ, vel vna de die cum commemoratione Sanctissimi Sacramenti. Gauantus 1. rom. Thesauri. sac. x. c. u. p. 2. tit. 14. n. 4.
- 9 Habetur ritus proprius huius Missæ. *ib.*
- 10 Clerici saltem sex intersint processioni. Prou. 4.
- 11 Duo semper assistant, quorum alter saltem sit Diaconus, & noctu vnus saltem in sacris. *ibid.*
- 12 Diuisio sexuum curetur; noctu vero nemo, nisi custodes orantes, conueniat. Prou. 1.
- 13 In Ecclesiis Monialium, si fiat oratio, noctu nemo prorsus intronitatur, & reposita Eucharistia orent in Choro Moniales. *ibid.*
- 14 Si noctu nemo potest assistere, reconducatur Eucharistia, & interdū compensetur oratio. *ibid.*
- 15 Clausa sint ostia noctu. *ibid.*
- 16 Signa cum campanis dentur pridie, & ipso die Prou. 4.
- 17 Sermones breues habeantur populo frequentiori. *ibid.*
- 18 Ne pelues aut vasa exponantur pro elemosyna, sed capsula permitti possunt. *ibid.*
- 19 Extra ordinē, oratio 40. horarū ne fiat alicubi sine Episcopi licentia. Prou. 2.
- 20 In feria 5. Cœna Domini saltem vnus Sacerdos, aut sacris initiatus exebet in